

*Diliges Dominum Deum tuum,
et proximum tuum sicut teipsum.*

✠ Lécctio sancti Evangélii
secúndum Mattháeum

22, 34-40

In illo témpore:

- ³⁴ **P**harisáei audiéntes
quod siléntium imposuísset Iesus sadducáeis,
convenérunt in unum.
- ³⁵ Et interrogávit unus ex eis legis doctor
tentans eum:
- ³⁶ «Magíster,
quod est mandátum magnum in Lege?».
- ³⁷ Ait autem illi:
«Díliges Dóminum Deum tuum in toto corde tuo
et in tota ánima tua
et in tota mente tua:
- ³⁸ hoc est magnum et primum mandátum.
- ³⁹ Secúndum autem símile est huic:
Díliges próximum tuum sicut teípsum.
- ⁴⁰ In his duóbus mandátis
univérſa Lex pendet et Prophétæ».

Verbum Dómini.